



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Contritio cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



# DIE DOMINICA

Ad Deum accedam

vt Regem.

ANTE MISSAM.

*Directio Intentionis.*

Deus cæli, & terræ. fol. 60.

Ego volo celebrare Missam.

fol. 84.

*Contritio cordis.*



EXAUDI, D. Aug.  
 exaudi, gust. So-  
 audi me, lilog. &  
lib. 1.  
 Deus me-  
 us, Domine meus, Rex  
 meus, Pater meus, cau-  
 sa



88 *Die Dominica*

fa mea, spes mea, res  
mea, honor meus, do-  
mus mea, patria mea,  
salus mea, lux mea,  
vita mea; exaudi, exau-  
di, exaudi me more il-  
lo tuo paucis notissi-  
mo, iam te solum amo,  
te solum sequor, te so-  
lum quero, tibi soli ser-  
uire paratus sum, quia  
tu solus iustè domina-  
ris, tui iuris esse cupio.  
Iube, quæso atque im-  
pera quicquid vis, sed  
sana, & aperi aures  
meas, quibus voces  
tuas audiam. Sana, &  
aperi oculos meos, qui-  
bus



*Contritio cordis. 89*

bus nutus tuos videā .  
Expelle à me insaniam  
vt cognoscam te . Dic  
mihi quā attendam vt  
aspiciam te, & omnia  
me spero quæ iusseris  
esse facturum . Recipe  
oro fugitiuum tuum .  
Domine clementissi-  
me pater . Iam iam sa-  
tis pœnas dederim; sa-  
tis inimicis meis, quos  
sub pedibus habes, ser-  
uierim; satis fuerim  
fallaciarum ludibriū .  
Accipe me ab istis fu-  
gientem famulum tuū,  
quia & isti me quando  
à te fugiebam accepe-  
runt



90 *Die Dominica*

runt alienum . Ad te  
mihi redeundum esse  
sentio . Pateat mihi  
pulsanti ianua tua .  
Quomodo ad te per-  
ueniam doce me . Ni-  
hil aliud habeo quam  
voluntatem: nihil aliud  
scio nisi fluxa, & cadu-  
ca spernenda esse; cer-  
ta & æterna requiren-  
da . Hoc facio , pater,  
quia hoc solum noui:  
sed vnde ad te perue-  
niatur ignoro . Tu mi-  
hi suggere, tu ostende,  
tu viaticum præbe . Si  
fide te inueniunt qui  
ad te refugiunt , fidem  
da :



*Contritio cordis.* 91  
da: si virtute, virtutem:  
si scientia, scientiam.  
Auge in me fidem, au-  
ge spem, auge carita-  
tem.

O admiranda, & sin-  
gularis bonitas, ad te  
ambio, & quibus rebus  
ad te ambiatur à te  
rursum peto. Tu enim  
si deseris, peritur hic:  
sed non deseris, quia  
tu es summum bonum  
quod nemo rectè qua-  
sivit, & minimè inue-  
nit.

*Desi.*